



Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria III. post Dominicam Paßionis. 30. Christus ad diem festum, qui hodie celebratur ascendere renuit, quia non est talis qualem desiderat. 2. Tunc autem diem festum agit, cùm pro amore nostro ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

um illud à Deo bitumine illinitum fuisse : Hoc sine dubio dicitur num opus fuit, ne ingroderetur aqua per aditum, quem humana non munerat manus. Fecit igitur Noë quicquid sibi ex parte sua possibile erat, & sic dicitur *perfecto omni*. Nos igitur non desinamus quoque facere quicquid possumus, Deo namque curæ erit suppleat omne illud, ad quod virtus nostris pertingere non valeamus. Unde Lyranus dicit: *Ne intra arcem existens non potuit ostium extrahere bitumene* & id: *Deus supplevit quod homo non potuit.*

Lyranus
ibidem.

Joan. 2.

25. Poterat utique Christus in nuptiis Cananæ efficere, ut vinum adduceretur, absque eo quod ministri hydrias aqua replerent, & tamen illas ab eisdem adimpleri iussit: *Implete hydrias aqua*, facile etenim erat aquam invenire, verum tamen voluit ut miraculo suo ipsi quoque cooperantur adducendo aquam, quasi diceret, vos aquam curate, mihi curæ erit ut inde vinum fiat.

Joan. Syl-
veira 10.
2. lib. c. 1.
qu. 29. nu.
117. f. 26.
col. 2.

Ut vobis divina communicentur dona, cooperatio nostra est ad bibenda: & ideo mirabile vinum non datur, nisi dum operantur ministri & aquam propter prius manibus humerisque deferunt: Scribitur autem Sylveira Carmelitanus. Enimvero Deus nos

ad gloriæ fontem vocat: *Sabat Israel & Ambrasi, si quis fuit*, atque ideo si desiderii nostri bitim extinguere, hancque salutarem aquam consequi velimus, necessum est nos movere, & gressibus nostris ad Deum accedere: *Præ ad me & bibat*. Nos autem vellemus, ut Deum humeris suis ad gloriæ fontem nos deponeret, absque ulla nostra industria; vellemus desiderata bona in sinu nostro videre, nescientes unde venirent, cum tamen pro modicæ pecuniæ lucro nulli patiamur laborem, & non solum facimus id quod possumus, sed ultra vires nostras strepentes conemur. Si vigilia aliqua occurrat, in qua jejuniandum est, quanta hic difficultates & repugnantia occurrunt, si vero lucrosam aliquod negotium occurrat, quod integre diei improbum laborem requirat, cui à matutino diluculo in horam usque noctem incumbendum sit, nullus vobis labor gravis est, nec expectatæ pecuniæ de cælo labentem, quod aurum sit, vobismetipsis considerandum relinquere, volque cum benedictione Dei dimitto.

SERMO XXX.

IN FERIAM TERTIAM DOMINICÆ PASSIONIS.

Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam.

Joan. cap. 7.

Macrob.
lib. 1. Sa-
turn. c. 21.
fol. 193.

Est specialis Macrobius opinio, annos in menses, mensesque in dies à Numa divisos fuisse: *Ut in menses annum, et in dies mensem quemque distribuit*. Dies autem ab eodem in tres classes fuisse distinctos, id est, in festos, profestos, & intercalos: *Dies omnes aut festos, aut profestos, aut intercalos vocavit: inter quos hæc erat differentia, quod festi dies Diis illis dedicabantur, quos antiqui veluti numina tutelaria adorabant: Profesti autem dedicabantur hominibus de republica bene meritis; intercali autem utriusque communes erant. Festivi dies*

principum cum solemnitate transigebantur, vacando à negotiis forensibus, immolando in altibus victimas, sumptuosa celebrando convivio, vel ludos solemniter instituendo scilicet gladiatorio, scenicos, circenses, saturnales, vel alios similes: *Sacra celebritas est, vel cum sacrificia Diis offeruntur, vel cum dies divinum epulamentorum celebratur, vel cum ludi in honorem aguntur Deorum, vel cum feria observantur.* Porro Alexander ab Alexandro alios quosdam dies assignat, qui sunt in fausti, ab antiquis atrii appellati, sicut quæ Græci illos carbone signare solebant. *Dies migræ caline.*

calidius adstant in quibus omnes actiones
 mortuose vel abortive esse solent: Quidam
 namque in omni infortunio habitus, quibus aliquid
 mali, aut horum rei incipere evipit exitalis e-
 rit. Et a diversis in idem notatis eventibus per-
 huc per illuc experientias observatum fuit, ut qui
 huiusmodi vitare, vel acies eo tempore committit
 non avertens, sed in non mediocriter periculum descri-
 ptum, ad ducere, magno postea exitio coniecto.
 Tunc Vespertinus diem insultum & nigro cal-
 idius figuratum existimabat illum, quo nulla ha-
 bita se erga subditos benevolam & beneficam
 affectionem occasionem, unde die quodam dolen-
 ter dicitur: *Amice diem perdidimus*. — um-
 bram enim ex quo hodie dicitur dies, de quo facer
 Ezechielis Joannes loquitur, non erat ater sed fe-
 liciter non insultus sed felix, non nigro, sed albo
 calidius figuratum, quidem erat dies festus Ju-
 daeorum, in quo celebrabatur memoria diei illius,
 quo *isrl'is* in deserto in tentoriis &
 in tabernaculis degerebat, inquit Cardinalis Toleros,
 Ceterum Saluator nosse ad discipulis suis ad so-
 lemnem hunc diem praesentia sua condecorandis
 iocundis, duplum expresse facere tenuit dicendo:
Ascendite ad diem festum hunc, ego autem non
 ascendam: Num forte id fecit, quia ut scribit ve-
 terabilis Beda non gloriam temporalem quarebat,
 sed ut docere salubriter, corrigere homines, de
 his qui in opere, amore ab hoc seculo averten-
 tes in mundum convertere. Eam verò potius id eo
 factum fuisse existimo, quod festum hoc ad
 Christianum minime pertinuerit, sed festum quoddam
 Hebraeorum parti, valere fuerit: Erat dies festus Iudaeo-
 rum proinde *Ascendite ad diem festum hunc*,
 ego autem non ascendam, quia di-
 versitatis inter nos non ducit: *Tempus meum
 non est ad hunc diem*. At verò quodnam est hoc tem-
 pus festum, seu festiva solemnitas Saluatoris
 nostri? Forte tempus illud in quo Judaeam cae-
 citatem a sua pertinacia & obstinatione respici-
 tentem vidit? Aut quando universus mundus
 amplexurus est fidem? Vel quando ei tanquam ve-
 rae Messiae acclamabunt: aut quando miraculis
 suis, quae aquam in vinum commutando, demon-
 strare ceteris praestitit, credentes, ei tanquam
 vero filio Dei acclamabunt, eumque tanquam ve-
 ram Messiam suam adoraturi? Maldo natus opinan-
 tur, solemnitas hoc festum, magis quae laetitiae diem,
 quo Christus exultandus erat pascha fuisse pro-
 nuntiatum, in quo scilicet pro salute & redem-
 ptione hominis passurus erat: *In hoc die festo sa-
 cramentum non ascendit, quia non id mihi ad pa-
 tris dicitur Quadragesimale.*

tiendū constitutum est tempus, sed in festo Pascha
 quo festo passurus sum; per hoc nobis demonstras
 illud diei Christo Domino nostro festum esse, in
 quo de peccatorum salute tractatur. Unde Orige-
 nes ait: *Deus habet festivitates suas, est enim ei
 magna festivitas humana salus*. Hanc etenim re-
 spectit, ob hanc letatur, festivaque gaudia instruit,
 ut nos doceat dies festos transigere attendendo ad
 profectum nostrum spirituale, pro salute animae
 nostrae; atque abstinendo ab operibus servilibus
 neis implicemur. Et haec quidem erunt duo praeci-
 pua puncta de quibus in praesenti discursu tra-
 ctate constitui. Dum autem hoc Domini nostri
 festum solemniter praedicando, vos id ipsum me-
 cum tacendo celebrare contendite.

2. *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego au-
 tem non ascendam*. Enim verò Saluatoris nostri
 specialia sua habuisse festa ab Hebraeorum festis
 distincta S. Pater noster Augustinus asserit, dicens:
*Dies festus est ei, quo mundum redemit: dies festus
 est ei, quo vicit mortem, dies festus est ei, quo sangui-
 nem consecravit*. Etenim quanta cum solemnitate
 in curru crucis filius Dei hoc festum celebra-
 rit, S. Joannes Chrysostomus indicat, dicens: *In cruce
 enim immolatus est Christus, & ubi immolatio,
 amputatio peccatorum: ubi amputatio peccatorum,
 reconciliatio Domini; ubi reconciliatio, ubi festivitas
 & omnis gratulatio*. Quibus verbis Chrysostomus
 nobis insinuat, Christum nullum habere, majoris
 laetitiae diem, quam quo is est actionibus inten-
 tus quae ad nostram salutem diriguntur. S. Paulus
 Apost. in Epist. ad Hebraeos Christi Saluatoris
 nostri actiones, velut exemplar quoddam nobis imi-
 tandum proponens dicit: *Proposito sibi gaudio
 sustinuit crucem*, qui Paulinus loquendi modus
 opinione mea intellectu valde est difficilis, ac
 proinde optandus esset eum majori cum perspi-
 cuitate eo in loco fuisse locutum, ut distinctius &
 clarius intelligi potuisset; ac proinde Doctores
 multas variasque huius expositiones in medium
 adducunt. Ceterum us per gaudium sibi propositum
 gloria intelligit immortalitatem ab aeterno Patre
 ei praeparatam: *Gaudio immortalitatis sibi paratae*
 Theophylactus existimat Apostolum dicentem,
 quod Christus *sustinuit crucem proposito gaudio
 & confusione contempta*, insinuare voluisse, quod
 Christus hilari mente crucem adeundo, indicavit
 se sponte propria, non verò coactè mortem op-
 petere: *Non in virtute & in aere sed volens & gau-
 dens tulit crucem*, S. Anselmus in ea est opinio-
 ne, hunc scilicet passum ad illud referendum esse
 motivum, quo turbæ jam quinque panibus &
 H h h duo-

Orig. hom. 25. in Nume-
mer.

Augustin. serm. 139. de temp.

Chrysost. hom. de
Cruce.

Hebr. 1.

Cajetan. ibidem. Theophyl. sol. 429.

Handwritten notes in the right margin, including the word "Cruce" and other illegible characters.

profecta festiva festivior, quam sit illa in qua ani-
 ma alicuius licet non facere conceditur. Ac pro-
 inde magis quasi in vobis ad festivas nuptias abi-
 ritus, in convivendo aquam in vinum, non verò
 peccatores in iustus, non sibi nec suo gustu fe-
 licem creabitur secunda autem vice sponte eo con-
 ciliata propria, & a nemine togatus, quia dies
 illa futurus erat dies conformis suae expectatio-
 ni, quando nimirum animarum salutem operam
 dedit. *Veni Domine ad nuptias* inquit
Hyerna Carmelitana: Vbi festivitatis & auita
significatur, ac verò in hoc se. unde ad v. n. n. s.
perhibet in cano, ut cum iominibus imp. r. Etam
patet in v. n. n. s. supra Regulo & alius similibus
significatur: Maxime propinquus ad ea, ubi labores
& missiva pro salute nostra apparuit.
 5. Filius prodigus de suo, quem domum pa-
 trem deserendo commiserat, errore respis-
 sione, quoque calamitosi status sui necessitate co-
 actus ad patrem poenitens redire & ab eodem be-
 nignissimo genitore delicti veniam impetrare de-
 cernit: *Padam ad patrem meum, & dicam: pa-*
ter meum in caelum, & coram te, jam non sum
ignis vocari filius tuus: Et quidem res tota pro-
pterea, postquam ad domum patris sui rediit, ei
stetit: hic enim eum à longè prospiciens, fe-
licitate ei obviam processit, ea que paterna blā-
ditate benevolentia eum excepit, suavibus am-
plexibus pectori suo eum astrinxit, novis eum
revestitis induit, annulum digito manus suae
induit, novis calceis pedes suos accinxit, eumq;
in equum servum, sed veluti filium in propri-
etate condidit. Quae omnes benevolentiae
demonstrationes vestigium fuerit securitatis læti-
tae, quam exhibiturus erat in superbiissimi cu-
piditate corviti inauratione, quale forte palatium
patrum celestium haecenus nunquam vidit:
delictis visulim saginatum, & occidit, &
manibus & epulem, omnes ministri erant
in palatio, totum palatium praeferebat lætitiā,
et ceteris retonante adiebat clangentium tu-
bulum lituque soni, conclavia in choros mu-
sicorum concertus distribuit vocum, siltularum,
testudinum, cithararum suavissimam sympho-
nicam, ab alio fratre seniore domum redeunte
non sine iudicis motu fuerit audire: Cū ve-
nit & appropinquaret domus, audivit sym-
phoniam, & chorum. Denique Sanctus Gre-
gorius Nyssenus dicit, patrem eie illo solemnis-
simam iudicium gaudia: Ocurr. obviam appro-

pinquanti, & completens eum, atque in harenis iudicantes
 ei illo, misericordia commotus lacrymas fudit, fol. 617.
 & pro misero rursus beatum reddidit, & ingenio
 col. 1. 1. d. illum induens vestimento, & manu eius arnu-
 lum imponens, di. m. f. s. u. m. a. r. Per quam sa-
 cram historiam Spiritus Sanctus demonstrare
 nobis voluit, Deum festiva gaudia celebrare,
 cum anima peccatrix ad illum denuo poenitens
 revertitur.
 6. Unigenitus Dei filius in ultima cœna cum
 discipulis suis mensa accumbens, sacrumque ca-
 licem bibiturus manibus suis apprehendes, hinc
 Apostolos suos verbis est allocutus: *Non bibam*
amodo de hoc genere vine usque in diem illum, cum
illud bibam vobiscum novum in regno patris mei,
quasi dicitur jam jam, & dilecti discipuli mei,
ultimam vite meae momentum appropinquat,
imminens mihi mors in janua est, quis scit
quando deinceps simul futuri, & de hoc vino
bibiturus sumus, nunquam id fiet, donec muro
nos revideamus in æterni patris mei regno. Er-
gone in paradiso comeditur & bibitur? Nun-
quam id haecenus intellexi, vel enim Christus
de Apostolis loquitur, in quatuor sola anima te-
nus in Paradiso futuri sunt, & in hoc sensu ver-
ba Domini verificari non posse videntur, siquid-
em anima, utpote spiritualis, cibi corpori &
materialis capax non est: Vel loquitur de Apo-
stolis pro illo tempore, quando in cœlo post re-
surrectionem secundum animam pariter & cor-
pus futuri sunt, & nec sic occasionem habebunt
bibendi, quia corpora eorum, utpote gloriosa,
sitis necessitati non erunt subiecta: Quomodo
igitur dicit: Vique dum bibam illud in regno pa-
tris mei? S. Joannes Chrysostomus existimat
hoc verificari esse pro eo tempore, quo post
gloriosam suam resurrectionem cum Apostolis
manducavit & bibit: Ne aliqui existimarent
phantasiam esse resurrectionem. Ac proinde os
aureum dicit: Non enim post resurrectionem co-
medit & bibit, quia cibo indigeret, sed propter re-
surrectionis certitudinem. S. Hiero. autē dicit, quod
de carnalibus Dominus transiit ad spiritualia,
non de vino naturali quod de vite vel uva nasci-
tur loquens, sed de effectu vini, qui est lactifica-
te, quia ut scribit Cœlius Rhodiginus: Humor
is egregie dicitur humane natura accommoda-
rius, unde provenit sanguis benignus, clarus, co-
piosus, lucidus, qui est risus causa: Ex angui-
ne quippe ita affecto conjurget multitudo spirituum
& claritas animam exhilarantium. Id ipsum ex-
 prellius
 H h 2

Matt. 26;

Chryf. in
cat. D. Th.
ib. p. 102.
103 l. E.
Heron. ib.

Cælius
Rod. l. 4.
c. 18. fol.
142.

Handwritten notes in the right margin, including "Matt. 26;" and "Chryf. in cat. D. Th. ib. p. 102. 103 l. E. Heron. ib." and "Cælius Rod. l. 4. c. 18. fol. 142."

D. Thom.

Cyroll. l. 7. in Lev.

Luc. 25.

D. Leo ser. 10. de Pass. Dom.

pressus S. Thomas confirmat ex Scriptura dicente *Vinum laetificat cor hominis*. Volebat igitur Salvator Apostolis inhiuare, quod nunquam deinceps habiturus esset tantam laetitiam, nec diem paschalem adeo festiuium, nisi quando visurus est omnes discipulos & fideles saluos ingredientes paradisum: *V. que dum bibam illud novum in regno Patri mei*. Uade S. Cyrollus Alexandrinus dicit: *Expectat ergo ut conuertamur, & laetetur nobiscum & bibat vinum in regno patri sui*.

7. Quando Christus Calvaria montem conscendebat, onerosam molestamque crucem humeris suis ferens, per flagellorum saevitiam in eum redactus erat status, qui ipsam quoque crudelitatem ad compassionem movere potuisset, quodnam enim peccatum non fuisset emollium cruentam illam Salvatoris faciem, carnes laceratas, membra gelido sanguine cooperta videndo, existimo etenim spectaculum hoc ad planctum permoturum fuisse quemlibet ipsomet Nerone crudeliorem hominem. Porro nonnullae mulieres ei fortuito obviantes viso hoc spectaculo continere se non poterunt, qui in amaras doloris lacrymas copiosissime effunderent: *Sequebatur autem illum multitudo populi & mulierum quae plangebant & lamentabantur eum*: Dominus autem ad illas conversus, praecepit eis, ut planctum coeherent, & abstergeris lacrymas vultum suum serenerent, eo quod diei huic risus non verò planctus, laetitiae non verò moeroris tributum deberetur. Ergone die illo funestissimo ridendum & laetandum fuisset? Imò verò, atque idèd: *Nolite flere super me sicut Jerusaleme, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros*. Verùm quis lacrymas continere potuisset, videndo iustitiam veluti ream deduci ad patibulum? Innocentem tanquam reum condemnari ad supplicium? Quis adeo fortis animi fuisset, qui ad ipsa usque viscera non fuisset permotus, audiens mansuetam ovem ab hominibus ipsis lupis ferocionibus esse dilacerandam? Et tamen non vult ut lamentando vel plangendo amaritudinis signa edamus, quia ut S. Leo inquit: *Ho die mundi redemptio & animarum salus inchoanda & terminanda erat, ac proinde dies ille Christo festivissimus ac solemniissimus erat, ideoque cum laetitia & risu, non verò cum lacrymis & planctu à nobis celebrari debebat*. *Illum sicut planctum Dominus Iesus de dignatur impendit, quia non decet luctus triumphum nec lamenta victoriam*.

8. Servus ille ingenuus & industrius, qui la-

cratis quinque talentis Domino suo decem reportavit, ab eodem tanquam servus diligens, bonus, & fidelis celebratus, atque ad accipiendum praemium sibi ob lucrum meriti ratione divina gratia sibi commisso superadditum, obbitumque invitatus hisce verbis fuit: *Ego, servus & fidelis, quia in pauca suis, fidelius in meo gaudium Domini tui*.

Porro in hac historia duo praecipue ponderari metentur; primum est, quod dicit *Ego quod secundum Rabanum interfecto est latrans, quia verò Deus in die illa qua fidelis anima in gloriam recipitur, ob magnitudinem gaudii quod perfunditur, semetipsum capere non potest*. videtur secundum est *in ira in gaudium Domini tui potius enim dicendum fuisse videtur: in ira in gaudium tuum, gaudium etenim est servi ad gloriæ fructum ingredientis, & tamen Deus dicit illud gaudium esse gaudium Domini, quasi dicit, velle, dum anima salvatur, & sed ceteris laetitiae possessionem ingreditur, quod inde nascitur gaudium, meum praecipue gaudium est, atque idèd *in ira non in gaudium tui, sed Domini tui*, quasi gaudium quod Deus ex laetitia animae percipit, majus sit, quam quo anima permet ob salutem propriam perfunditur. Cum longe majori gaudio ac incredibili laetitia respiciat ipsemet Deus de hominu bono & felicitate partem datur, potiori idèd iure Dei, quam ipsius hominu gaudium à Domino nuncupari, dicit quidam modernus.*

9. Priusquam Christus ex conaculo recederet, ut in montem Oliveti Passionem suam ostendit reciperet, refert sacer Evangelista Mattheus, cum hymnum quemdam cecinisse: *Et hymno dicto cecinerunt in montem Oliveti*. Ubi Graecus legit: *Hymno decantato*. Etenim scire percipientes, qualisiam hymnus hic fuerit, siquidem hoc de re sacra Scriptura nihil meminit, & cui non potius psalmum aliquem Davidis cecine in? Porro Sanctus Augustinus dicit, quod *hymnus laudatus fuit Dei cum carnis & postea subiungit: Quoniam cantant laudem, non solum laudant, sed etiam hilariter laudant*. Unde hymnus laus quaedam est, quae Deo exhibetur non simpliciter, sed cura laetitia. Enimverò hanc S. Augustinus doctrinam firma memoria retinentes, nunc videmus, quid Paulus Burgenis hac de re dicat. *Iste enim asserit, hymnum quem Salvator cecinit ex quinque psalmis fuisse compositum, quorum primus fuit, in exitu de Aegypto. 2. Dixit quoniam exaudiet Dominus. 3. Crediti propter quod*

... 4. Laudate Dominum omnes gentes. ...

& amicum, quo venturus Messias indutus co- paraturus erat, celebrans dixit: In sole posuit taber- narium suum, & ipse tanquam sponsus proce- dens de thalamo suo. Quae verba de Incarnatione verbi intelligenda esse, certissimum est apud S. A- thanasium & S. Augustinum. Verum enim vero, ut verum fatear, nescio quo jure S. Joannes dice- re possit: Vidimus gloriam ejus: Et David: Tan- quam sponsus procedens de thalamo suo, siquidem thalamus nostrae humanitatis, qua verbum incar- natum indutum prodit, vilis, fragilis, & defor- mis est, ad obscurandum quam ad illustrandum aptior: scimus etenim, quod si gemmarius qui- dam adamantem quandam plumbo infereret, id faciendo gemmae illius pretium & estimationem non aucturus, sed diminiturus esset. Ac proinde id ipsum sanctum quoque Athanasium in admi- rationem rapuit, quando ait: Hoc admiratione dignum erat. Enim vero praesens difficultas in meate mea mirandaegetur, dum audio, quod ipsa- met quoque Sancta mater Ecclesia Cantico sive Hymno a Sanctis Angelis in nativitate Domini composito haec verba adjuvat: Gratias agimus propter magnam gloriam tuam. O Deum im- mortalem! Nostitane igitur a Verbo assumpta humanitas, instar transparentis cujusdam Cry- stalli diaphana & pellucida erat, ut intus delitel- ceas gloria per eam perspicue transperere posset? Minime id ipsum credo, quia caro & corpus Sal- vatoris ejusdem speciei cum nostra corporeitate fuit, quomodo igitur per eam transperere po- tuerunt immensa gloriae suae radii, propter mag- nam gloriam tuam, id est, ob illam gloriam, in- quit de Valentia, quam nobis communicasti, & cuius nos fieri participes voluisti. Verum enim ve- ro ut ipsiusmodi difficultatis punctum attingere valeamus, efficacius velim eandem penetrare co- nemur. Enim vero notum est quod Christus in monte Thabor in conspectu trium Apostolorum Petri, Jacobi, & Joannis, nec non duorum Patri- archarum Eliae & Moysis transfiguratus fuerit; Et haec quidem transfiguratio in eo consistebat, quod gloria illa quae in anima Christi effulgebat abscondita, in ipsum quoque corpus largè fuerit diffusa. Unde sacer Evangelista dicit: Resplenduit facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Ehem quarenam isthaec est no- vitas? In universo vitae suae decursu nunquam le- gitur, quod unquam in vultu ejus splendor vel can- dor in vestibus notatus fuerit. Quarenam igitur causa cum movit, quod in monte Thabor vultu- suum gloriae radiis adornate, & proprium natura-

Athan. ib. f. 59. Aug. ib. fol. 20. c. 2. l. F.

Athan. ib. de Incarn. cit. in car.

In Cant. Angel.

Jacob. de Valent. ib. f. 418.

Matth. 17.

Handwritten notes in the right margin, including 'Athan. ib.' and 'In Cant. Angel.'

lemque vestibus colorem adimendo, efficere voluerit, ut candore suo cum nive decerere possent. Porro non nullae personae illustrioris in diebus festis faciem suam adornare, suasque vestes in pretiosiores commutare solent; ac prout quis scit an Christus in monte Thabor constitutus idipsum quoque non fecerit? atque demonstrare voluit diei illi sibi solemnissimam esse, maximeque festivum, in quo dicebatur: *ex ejum. quoniam impleturus erat in Hierusalem.* Huc quoque accedit Ludolphus Carthusianus dum ait: *Et iasi fortasse, quia videbant diem redemptionis sua totiusque humani generis appropinquare.* In monte igitur Christus diem festivum agebat, eo quod ibi sermo esset de excessu, id est, de tormentis, Passione & morte sua, quam pro salute mundi sustinere debebat, idedque eundem vultus sui decore & ornamentis, nec non assumpsit vestibus pretiosioribus solemnizare decreverat: sic quoque Christus mox ut in hunc mundum natus fuit, vestibus solemnioribus atque festivis sese induit, id est, paludamento quodam gloriæ, quia pro nostra salute comparanda nascatur, quasi diceret: Quisnam in toto anno occurrere potest dies hocce solemnior, mihiq; gloriosior: *Propter magnam gloriam tuam.* Et S. Joannes: *Vidimus gloriam ejus gloriam quasi unigeniti à Patre.* O quantus erat eo die Christi Salvatoris nostri júbilus, quantave lætitia: *Quia videlicet sua gaudium est vita nostra* (inquit magnus Pontifex S. Gregorius) *Et cum nos in caelo reducimus, solemnitate lætitiæ ejus implemus.* Et si, ut scribit Cælius Rhodiginus auctoritates quatuor habebat in vestibus suis colores, quorum in solemnioribus festivitatibus usus illi erat, nimirum coecium, agacinthinum, byssinum & purpureum, Sacerdotum Principem res quatuor in amentis exprimere ubi præcelsus ingratissimum celebratus, velus mundo induatur ipse. Incarnatus Deus nosse novellus quidam Sacerdos est, atque ided, dum salutis nostræ negotii operam daturus stola gloriæ se vestit, signum est quod tunc festivum diem agat, & peculiarissimæ solemnitate suæ celebret diem.

1. Refert Chronista Moyses, quod Deus cælum & terram duo corpora aded vasta & magna creans nunquã quieverit, sed solû in die septimû quie: *Et luã dicitur: Et requievit die septimo ab omni opere quod pararat.* Etresim quies illa, quam Deus omnibus rebus creatis captavit, valde miranda est. Ergone Deus indefatigabilis, qui unico duntaxat verbo, *Fiat, cuncta creavit, quicte*

indigere dicitur? *Nunquid enim dicitur veritas esse Deum laborasse in operando, cum quæ scripta sunt condidit, quando dicitur: Fiat, & habuit? interrogat admiratione plenus S. Augustinus, Cur igitur Moyses dicit: Requievit? Non etiam credendum vobis est, & Auditor, Deum ided quieverit, ed quod ante cœlestes sex dies præcedentibus, in quibus creationis operibus dedit fuerat, fuerit fatigatus? sed potius quia diem illum festivum esse, atque ab universo mundo magna in veneratione habere voluit; unde si fieret textus dicit: *Benedixit diei septimo, & sanctificavit illum.* Verû si ista est, merito quæritur aliquis: Cur hic diei septimus inter alios licet privilegiatus? Cur omnes alii dies operibus dediti fuerit & solus septimus fuerit quæri celebratus? quid minus habuerit sex præcedentes quod illi esse debuerit feriale, septimus autem solemnissimus factus sit & festivus? Progreduimur legendo caput secundum Genesios, & invenimus Deum die septimo hominem creasse: *Firmavit igitur Dominus Deus hominem de limo terre, & inspiravit in faciem ejus spiritum vivum, & factus est homo in animam viventem.* Eorum quod si objeceris hominem à Deo factum die creatum fuisse, si quidem scriptura de illo dicit: *Creavit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, masculinum & feminam creavit eos. Et factam est mane sextæ diei sexus.* Respondet id a Moysè dictum esse per anticipationem, prout multi scriptores exponunt, prout expressè in formatione Evæ manifestatur, quæ diu post septimum diem creata fuit, quando Deus immisit sperem in Adam, *Et tulit unam de costis ejus, & edificavit in mulierem, & vocavit Moyses refert inter opera sextæ diei quod masculinum & feminam creavit eos, idque certissimum est, atque ided Deus septimum diem, in quo homo ab eo creatus est, festivum & solemnissimum esse voluit; Et quidem si hujus rei causam venerationem à me poposceritis, respondeo vobis cum S. Patre nostro Augustino, id voluisse Deum, quia omnes alie creaturæ intra sex præcedentes dies creatæ, scilicet cælum, sol, luna, stellæ & ceteræ, v. c. laciliã animantia quædã pedum salus & beatitudinẽ cœlestis paradisi in capacia fieret. Atque ided creator universi decrevit, ut dies ille, in quo eam creaturam forma verat, quam postea repleturus & salvaturus erat, dies esset minè vulgaris & ordinarius, sicut alii, sed solemnissimus & festivissimus ipsemet Deus primus esse voluit, qui illum sanctificaret: *Benedixit diei septimo, & sanctificavit eum.***

Ludolph
Car. fol.
116.

Gregor. in
Evang.
Cœl. Rodi.
lib. 16.

Geno. 1.

quidam. Uande S. Pater noster Augustinus occidit... Requies Dei est festum di-

ob eius salutem procurandam verbum incarnatum pati, suum effundere sanguinem & mori cecebat.

13. Enim vero in memoriam vobis, velim, reuocetis modum quo S. Lucas Christum una cum discipulis Hierosolymam ad passionem, flagella, crucem & mortem obeundam abiisse dicitur: *Ecco ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia que scripta sunt per Prophetas de filio hominis: tradetur enim gentibus & ludetur, & flagellabitur & conspuetur, & postquam flagellatus erunt occident eum.* Circa quae verba P. Barnabas Kearnet hanc mouet difficultate: Etenim S. Lucas hoc Christi versus Hierosolymam initum iter nobis ob oculos ponit per hoc verbum, *ascendimus*, cur non potius dicit: *imus, proficisemur*, vel aliis similibus. Scio equidem quod *ascendere* idem sit quod ire sursum vel in altum; Ac proinde, o mi Redemptor, quoniam in altum conscendi: num forte super Cherubim, ut in illa sublimitate constitutus honorari possis ab omnibus creaturis: nequaquam, sed in Hierosolymam abeo, ut ibi vinculis stringar, flagellet, colaphis cadat, & contemnat: *Ascendo Hierosolymam, festino ad mortem, ad crucem propero.* Et hoc vocat *ascendere*, cum tamen potius mihi descendere quoddam esse videatur, id est, semetipsum ad ignominiarum abiectionem dejicere. Cur igitur hoc verbo *ascendimus*, utitur: Non discedamus procul ab Evangelio hodierno, ex eo namque doctam habebimus difficultatis huius resolutionem. Sanctus igitur Joannes de parentibus sive cognatis Christi ad hujus diei solemnitatem abeuntibus loquens dicit: *Ascendunt fratres eius*: Imò ipsemet Saluator noster hoc eodem termino bina vice utitur, dum ait: *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam.* Et S. Joannes de Christo loquens, dicit: *Tunc & ipse ascendit non manifeste, sed quasi in occulto.* Unde clarè deducitur, quod facti Evangelista hoc termino ut plurimum utatur, quando aliquem festa adiuisse exprimitur volunt. Atque hinc est, quod Christus ad Passionem pro nostra salute subeundam abiens, tanta cum animi lætitia processerit, tantoque cum júbilo Hierosolymam ingressus fuerit, ut ad nuptias vel ad festiua quadam solemnitatem abire videri posset. Unde Scripator ille supra citatus Dominum omni cum humilitate & reverentia interrogat, dicens: *Cur hodie alacri animo Hierosolymam petis, cum ingenti breui afficiendus sis in horto tristitia?* Et respondet: *Tanta gaudii abundantia ex hominibus*

Luca 16.

Barnabas Kearnet.

Bernardus Kearneti Cassalensis

Vertical marginal notes on the left edge of the page.

Handwritten notes in the right margin, including the name 'Barnabas Kearnet' and the number '26'.

Concil.
Domin.

minum salute afficiebatur, ut maestitiam illam
pra exultatione magnitudine nihili feceris, atque
deteriora omni tristitia nebula, cum magna alacri-
tate Hierosolymam ascenderit.

14. Enimvero nisi omnes Christi actiones
mysticas esse scirent, suspensus utriusque & animo
anceps haberem intra memetipsum considerans,
quod ad hoc festum ire à suis etiam vehementer
rogatus abnuerit, cum tamen ad aliud festum a
lias etiam Hierosolymis celebrandum promptè
abierit: *Erat dies festus Iudaorum, & ascendit Ie-
sus Hierosolymam.* Fortè id fecit, quia festum il-
lud hoc solemnius fuit, utpote quo Pentecostes
dies celebrabatur: ut volunt Chrysostomus, Car-
thusianus, & alii, in qua Deo suaduum primitiæ
offerri solebat: aut dicere quis posset Christum
tunc casualiter ad festum illud abiisse, & quod
proinde nullum in ea frequentatione festi conti-
nearum mysterium: Hæc autè opinio dicitur ad-
versaretur illi doctriæ Chrysostomi, qui absolute

Chrysof.
Dio Cart.
Ludolph.
Cart.

Chrysof.
in cap. 5.
Joan.

affirmat, quod in divinis Scripturis ne unum
jora aut unus apex, sed ne dimidium quidem præ-
termittendum est, sed omnia diligenter in v. si-
ganda: nam à Spiritu Sancto omnia proveniunt,
neque in his quicquam superfluum, nihil non ne-
cessarium. Quodnam igitur in hac Christi actio-
ne mysterium contineri dicemus? Erat festum il-
lud speciale festum Iudaorum: *Erat dies festus
Iudaorum*, quia novellos perfectioreque fructus
ad templum immolandos deferebant, at verò nisi
idem quoque particulare Christi festum fuisset,
cum eo nequaquam concessurum fuisse existimo,
Festum autem consistebat in restitutione sanita-
tis corporis, & animi salute cuidam paralytico
concella. Nunquid id ipsum auditis? *Ecce sanus
factus est, jam noli peccare.* Unde Ludolphus Car-
thusianus ait: *Ad dies festos Iudaorum ascendit,
solemnitas celebrans, & dies festos agens.* Sed
cur? ut populus undique tunc confluentibus fidei
doctrinam annuntiaret, & imperiretur, salutis-
que mysterium panderet. Quilibet alius dies,
quantumvis ille solemnitas esset, Christo ferialis
erat, nisi in eo de nostra quoque tractaretur salu-
re: at quando de hoc animæ negotio agebatur,
tunc dies ille Salvatoris nostri dies festus erat, li-
cet aliis ferialis existeret.

Joan. 5.

Ludolph.
Cartus.

25. Alias consideraverimus (licet ad aliud pro-
positum) illam Judæ historiam à S. Joanne rela-
tam, nimirum quod cum Dominus pessimas
quas de sui traditione in mente sua volebat,
cogitaret, ei secreto & clam aliis dixerit, ut e-

jus quod machinabatur executionem non dis-
sisteret: *Dicit ei Iesus: Quod facis fac citius, sed
equidem quod Dionysius Cartusianus dicit
Christum verbis hisce Judam nequaquam ex-
hortatum esse ad martyrium: Hoc Christus dicit
non exhortando, consulendo, vel imperando, sed
permittendo & prænuntiando.* Veritatem
Cyrillus in ea est opinione, quod supposita de-
beratione Judæ, quodque cognationem
malo in bonum divertere nollet, cum exhor-
tus fuerit ad executionem: *Quod facis, ut
quasi diceret, quod facere decreveris: Fac citius.*
Verum ô Domine, nunquid vides, quod quo-
ro magis impius discipulus traditionem tu acco-
lerat, tantò quoque magis vitæ tuæ dies abro-
viet? Num forte id ipsum dixit quia amor omnis
est moræ inimicus? Aut ut dicit S. Ambrosius:
*Non satis est recte scire, nisi etiam studium ma-
rare, quod facis? Christus etenim pro nobis par-
ti desiderabat, videbareque quævis hora in mille
annos sese extendere, ac proinde Judam ad tra-
ditionem sollicitat. Porò S. Cyrillus Alexan-
dritus duas adfert rationes, prima in quadam
militudine fundatus, quia dicit: Si quis bellum
generosus certaturus cû aliquo esset, quod non
mum & vires longè sibi infertore, ac proinde de
eo obtinendam victoriam certam haberet, que
securam, hic utique dicere posset: Non est jam
tardandum, ô ignave, nam magno tuo malo
hujusce dextera specimen experieris: enim verò
Filio Dei cum demone decertandum erat, nec
non cum uno è militum suorum numero cog-
grediendum, scilicet cum Judæ: Unde quia de ob-
tinenda victoria certus erat, securus, idè ut
infestissimum hostem suum Principem saltem
regebratum totaliter sterneret & superaret, quo
eo manus conferere festinabat: Nam quem admo-
dum si vir fortis adversus quem fremens quisquam
feratur, ipse verò viribus suis fractus, etiam in
non dubitet, magna voce militans ait, qui se
sic fac citius, ut mea dextera vires experiaris, non
proferans mori verba esse dicentis, sed præ-
sentis potius quæ cadat ad exercitum. Secunda ratio
est, quia prævidebat, quod ex sua passione passi-
turum esset nostrum gaudium ex sua morte nostra
vita, ex suis opprobriis nostra gloria, ex suis au-
stragiis salutis nostræ securitas, quasi diceret:
Ergone de salute mundi hic agitur? Non igitur
proditorum diu differatur, hic agitur? Non igitur
concedere idem mihi esse videtur, quod
magnam adire festivamque solemnitatem de
gaudium, quia tempus Passionis meæ, dies
quidam*

quodam mibi esse videtur magnæ solemnitatis; Acque idem d. Juda: *Quod facis fac citius, ut ad quædam solemnitas citius pervenire possim.*

16. Refert Petrus Gamalielelem S. Pauli Apostoli Magistrum determinationem quandam in medium adferre ab Hebræis de servitate Babyloniarum liberatis conditam, qua statuebatur, ut si contingeret quod in anno aliquo Pascha in diem veneris incidere, illud ipsum tunc in diem sequentem Sabbatum scilicet transferretur: *Quoniam est post reversionem de Babylonia, ut si Pascha venerit in die veneris, transferretur in diem sabbatum: Ac proinde curiosus sum hujusce translationis cognoscendi causam & motivum.*

Quoniam enim dies veneris cum celebratione Pasche habet repugnantiam? Num forte quia dies Pasche est dies lætitiæ, dies autem veneris, tempore dies septimanæ significat labores & tribulationes? ac proinde sextus mensis (ut dicitur S. Hieronymus) in quo Deus locutus est Hebræo Prophetæ: *Non habet solemnitatem dies mensis septimus.* Quinimo potius dicendum videtur contrarium, scilicet nullum diem Paschali celebrando ad eum commodum habere, sicut diem veneris, quia est dies sextus septimanæ; numerus autem senarius est primus numerus perfectus, quia ut nonnulli dicunt: *Ex partibus aliquotus combinatis, uno videlicet duobusque ad unguem resulat.* Cur igitur solemnitas Paschalem in Sabbatum transferretur, neque illam in incidente veneris die celebrari liceat mihi, d. Auditores, ad hanc difficultatem explicandam aliquam adhibere similitudinem.

Sicut enim si uno eodemque die duo festi sanctorum sibi mutuo occurrerent, quorum unum duplex, aliud verò semiduplex esset, et præscripto Rubricæ festum illud celebrandum est, quod est altero majus, translato eo quod minus est, & merito quidem, quia ubi est major, minor cessat: ita quoque dicendum esse ex illius potius ex inspiratione divina, quam ex resolutione humana decretum esse, ut Pascha in die veneris nequaquam celebraretur, quia dies ille Paschalis Jesu Christi Filii Dei consecratus esse noscitur: quæ a S. Augustino festum omnium festorum maximum appellatur: *Pascha Christi est omnium festorum causa.* Cedat igitur minus festum Hebræorum, Pascha scilicet, majori solemnitati Christi & transferatur in diem Sabbati. Dixi Paschoem esse festum Christi, festum scilicet solemnæ permaximæ ab eo æstimatum, quia in die passionis pax & reconciliatio facta est inter

Deum & hominem, celum & terram, nostrarumque animarum salus in securo posita fuit. Unde duo illi sancti Doctores Augustinus & Thomas augusta illa sanctæ Ecclesiæ lumina occasione sumperunt asserendi, quod *Pascha Christi est omnium festorum causa.*

17. Verum enim verò facile quis mihi in contrarium objicere poterit, Passionem Domini incongruè diei festivo & solemniter comparari, quia in festis regnat gaudium, & lætitia triumphat: Christus autem in tempore passionis suæ, ut potè die, ut jam dictum est sibi ad eum solemniter ac festivo, animam suam indicibili tristitia obnubilatam habuit: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Imò dies ille ei valde videbatur esse importunus & molestus, siquidem eo die Patrem suum instanter rogavit, ut passionis suæ calicem a se transferret in aliam, quod signum erat passionem sibi ingratis fuisse atque molestam: *Pater si possibile est, transeat à me calix iste.* Quod si autem dies Passionis suæ ei gaudiosus & festivus fuisset, anima ejus utique læta & non mœsta fuisset, passionisque suæ calicem desiderasset, non verò recusasset. Cui accedit, quod animi constantes magnam habeant cum mœstia antipathiam, dicente Salomone: *Non contristabu iustum quicquid acciderit ei.* Unde & Ecclesiasticus illam à peccatoribus nostris eliminari suadet, dicens: *Tristitiam non des anima tua: tristitiam longè expelle à te, multos enim occidit tristitia.* Et tamen Dominus in horto Gethsemani, passionem suam exordiens, cor suum amaritudine & mœstia plenum esse persevit, unde & dixit: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Enim verò ad hoc in primis responderi poterit, mœstiam in duplici esse differentia, alia enim est quæ inordinata dicitur, quæ scilicet à recta ratione non regulatur & hæc in Christo minime fuit, ac proinde Isaïas de eo dixit: *Non erit tristis neque turbulens.* Alia autem est tristitia moderata, bona, & virtuosa, quæ rationem non alterat, neque perturbat, sed eidem perfecte subordinatur, & hoc sensu loquebatur Sapiens: *Cor sapientum ubi tristitia;* sit similiter Apostolus: *Quæ secundum Deum tristitia salutem stabilem operatur,* & hanc in Christo fuisse, eumque de hac locutum fuisse concedi potest. Veruntamen S. Ambrosius & Dionysius Carthusianus in ea sunt opinione, quod scilicet Christus festum passionis suæ diem celebraverit, sed cum aliqua turbatione admixta, ad eum ut in ea non habuerit lætitiæ totalem, quia persecutores suos minime salvandos

Math. 26

Ibidem.

Prov. 11.

Eccles. 30.

Ambr. lib. 10. in Luc. esse praevidebat: *Tristis eras pro persecutoribus suis, quos sciebat immanis sacrilegi poenas duros, Et idcirco dicit: Transfer Calicem hunc à me. Et Carthusianus ait: Tristabatur etque dolebat anima Christi loquendo de tristitia prout est actus virtutis charitatis, propter eos in quibus vidit fructum passionis sua perire. Utique igitur passio eius sine aliqua turbatione admixta & lartitia inde nata totaliter perfecta futura fuisset, si sui quoque persecutores fuissent salvati. Unde cum sua felicitas in nostra salute consistat, ut ait Origines: *Est magna festivitas salus nostra, miser non est, animam Christi fuisse conturbatam, quando multos minime salvandos esse praevidebat. Porro s. Augustinus de Cruce, in qua Salvator nostrer pro nostra redemptione & salute inter tot poenas ac tormenta mortuus est, loquens, eandem vocat Festivitatem epulationis. Uade cum Magpates in more positum habeant, ut in festis magis praecipuis & solemnioribus gratias elargiri soleant (sic enim Hebraei in solemnitate Paschae cuidam ad mortem condemnato libertatem impetiebantur: Per diem autem solemnem consueverat Praefes populo dimittere unum vinctum, quem voluissent. Sic quoque Herodes quando natalis sui celebrabat solemnitatem, saltratrici medietatem regni sui in donum obtulit: Postula à me quod vis, sicut dimidium regni mei. Domitianus quoque septimannali sacrorum die sparsit dona missilia. Et Alphonfus X. Hispaniarum Rex in die quo filii sui nuptiae cum Blanca S. Ludovici filia celebrabantur, regia impertitus est dona, magna quoque elargitus est gratias: Congiarium populo dedit, & pauperes vestimentis vestitum ornavit, Imperatorem Constantinopolitanum à Soldano captum ingenti redemit pecunia, facile conjicere possumus, quales in die passionis, qui Christo adeo festivus & sollemnis extitit, ab eodem erogatae sint gratiae & distributa munera ac dona. Et quidem militibus in primis vestes suas dedit: Milites enim crucifixi sunt eum, acciperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam. Latroni quoque cui infernus debebatur, celsit Paradisum: Hodie mecum eris in paradiso. Multos quoque vinclos & carceratos è mortis captivitate liberavit: Multa corpora Sanctorum, qui dormierunt, surrexerunt. Totum denique genus humanum à patria caelesti exulabat, fores illius nobis firmiter occlusae, omnique nobis ad eandem aditus prohibitus: Christus autem moriens illum nobis aperiti fecit, ut ab exilio postliminio revertentes caele-**

lestis Hierosolymam patriam denuo repeteremus. Unde s. Augustinus ait: *Paradisum ante quinquaginta annos amplius fore annos clausum hodie nobis aperuit, in hac enim die, & in hac hora trionem introducens Christus, duplex beneficium operatus est, unum quidem quia paradisum aperuit, aliud vero quia latronem introduxit, hodie videlicet nobis patriam principalem, hodie reduxit nos in civitatem paternam, & aeternam domum revertere communi hominum natura. Unde cum ab effectibus in facilem causam cognitionem derivamus, sicut ab ortu diei solem advenisse cognoscimus, ita ex ipsis quoque gratias quas pro salute nostra patiens & moriens elargitus est, facile conjicere possumus, Salvatorem illa quoque die maximam celebritatemque suam habuisse solemnitatem.*

18. Enim verò libenter quidem vos hodierna die invitare vellem, non ad festa mundi, huiusmodi quibus inter delicias tripudalia aguntur, et apulis & commellationibus vacatur, luditur, offeruntur Deus, anima perditur: *Non enim deus servus Christi in talibus delectari, inquit Ludolphus Carthusianus, quia delectatus miles est, qui vult simul gaudere cum saculo & regnare cum Christo, cum dictum sit: Pa his qui in bonis ducuntur suis, quia in puncto horae descendunt ad inferna vestigia. Sed potius animus mihi esset ad praedictam Christi patientis vos invitare festivitatem. Verum utique dicetis mihi, Dominus hoc festum celebrat inter flagella, inter tormenta, inter spinas, clavos, Crucem & mortis angustias: nos autem huiusmodi poenalarum, ut portae ad tollerandum nimis acerbis & amaris lubmittit minime possumus, atque idcirco velim auferre, quid tibi respondeat praedictus Ludolphus: *Dicitur festus Domini, inquit, non exterior, sed interior, non in facie, sed in mente agitur, conformiter ei quod ait David dixit: Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliqua cogitatio dum festum ageret tibi. Quod si igitur grave nobis per extrinsecum opus Christum in festivitate sua solemnitate imitari, ad minus eum per intrinsecum cognitionum imitemur, dolores eius in corde delectemus, suamque amaram passionem in teo teo recolamus, prouti beata nostra Clara de mente Falco faciebat, in cuius proinde post mortem aperto corde Christus crucifixus suam cum omnibus passionis suae instrumentis reperitur fuit. O quam pauci huic Domini nostri festivitati assistere conspiciuntur! omnes velut muscae ad mel accurrunt, & velut apes ad alvearia, id est, ad huius**

Matth. 7.

Marc. 6.

*Ioan. Ra-
vis in off.
rom. 2. fol.
290.*

Ioan. 19.

Luc. 23.

Matth. 27

ius mundi festa. Sed quodnam indelectum re-
 peccat, quodnam sibi inde comparant meritū?
 Nequam domum redeunt, qui finitis festis
 loculos secum inanes adducunt, exhaustos niani-
 rum frequentiter ludis habitis peccata
 concupiscunt, vel ob aduersitates; in quas for-
 titudo incidunt, oculos referunt lachrimis flag-
 rantes, ut proinde talia mundana gaudia & festa,
 non festa vocat sed conuentu nominis vigi-
 lia appellari mereantur. Imò amplius quod di-
 camus ad admirationem patitur & planctu dignissi-
 mam: Festa Dei & Ecclesie in festa prophana
 & mundana temere transformantur. Unde Ori-
 genes ait: *Dies festus quem totum in vestris vo-
 cationibus Dei & proximorum immemores, & in
 concupiscuntur turpium appetituum consu-
 munt, vixit potius quam Dei dies festus appellan-
 dus.* Dies enim festus Dei interius solemnizans
 est: *Dies enim festus Dei est, ut vos occupa-
 tis precibus in conformando vos Divina Majestati
 & honorando proximis vestris.* Verum enim ve-
 rum aliquem opera charitatis neglexit in die-
 bus festis, eadem hoc mane recompenstate lu-
 ctu. (sic hodie dies nobis ferialis exiit)
 tribuendo pauperibus opus aliquod misericor-
 diae, id quod ob maximam qua premuntur ne-
 cessitatem anxie à vobis prestolatur; securique
 donec vos per hoc facturos opus aliquod festo
 Deum dignissimum, magnumque vos inde
 reconciliaturos esse meritum.

PARS SECUNDA.

III autem ascenderunt fratres ejus, tunc &
 ipse ascendit ad diem festum, non manife-
 stus, sed in occulto. Etenim festivitas hæc Sec-
 unda vocabatur, quæ dictio gratia est com-
 parata ex Seneca, quod umbram significat, & pa-
 peribus est, manducare, eo quod Hebræi soliti es-
 sent durante festivitate sub umbra virgultorum
 comedere, ex quibus tabernacula conficiebant, in
 memoriam quadraginta annorum, quibus ip-
 sorum majores ad terram promissionis perrexe-
 runt. Celebrabatur autem festivitas hæc in
 mense Septembris, durabatque septem vel octo
 diebus continuis, ut opinatur Ludolphus Car-
 dinalis. Er quidem tamen Christus se diem
 illum festum frequentare nolle haud obscure
 significat: *Non ascendam*, attamen quatri-
 duo post ad illum condescendendum se recipit:
Veni in templum quarta die festivitatis predictæ;
 ut refert Dionysius Carthusianus & Cardi-

nalis Toletus. Neque alios diem hunc adire pro-
 hibuit, quin potius ad id eos est cohercatus, ut
 scilicet ad illum ascenderent. *Vos ascendite ad di-
 em istum festum hunc;* ut per hoc insinuat dies
 festos & sacros ritè custodiendos & sanctifican-
 dos esse: *Exhortatur fratres, ut legis ceremonias
 & festa obervent;* inquit Toletus.
 20. Ne populus Dei in deserto omni vita
 annona destitutus præter alias afflictiones etiam
 fame & victus penuria angustaretur, Deus ei-
 dem quotidie manna de cælo demisit, cum hæc
 tamen expressa lege, ne singuli ultra mensuram
 quam Gomer appellabant quidquam acciperet:
*Colligat unusquisque ex eo quantum sufficit ad
 vescendum; Gomer per singula capita.* Nec quis-
 quam sibi vel unicuique fragmentum in diem se-
 quentem reservaret: *Nullus relinquat ex eo in ma-
 no;* imò quod si forte aliquis contrarium atten-
 tare voluisset, in diem sequentem quoque quod
 sufficere posset colligendo & conservando, se-
 quenti mane veribus scætere competeretur:
Senectore cepit veribus, atque computruis; Ve-
 runtamen in die sexto duraxat permittebatur,
 imò præcipiebatur omnibus, ut sibi in sequen-
 tem quoque diem sufficienti manna prospice-
 rent: *In die sexta colligebant cibos duples, id est,
 duo Gomer per singulos homines;* ut hac ratione
 septimum diem qui Sabbathum erat, sanctifica-
 rent tanquam festivum, illumque ad nihil pro-
 phanum, ne quidem ad annonam procurandam
 adhiberent. Et quidem hæc hujus præcepti
 rationem fuisse ipsismet Moyse populo Dei ap-
 pete enuntiavit, dum ait: *Videte quod Dominus
 dederit vobis Sabbathum, & propter hoc die sexta
 tribuit vobis cibos duples.* Post ad majorem
 confusionem dicere cogor, multos esse qui festa
 custodiunt; sed quomodo id sic? Quia sub præ-
 textu paupertatis, ut panem quo se sustentent,
 lucrari possint laborant & non laborant: Non
 laborant, in quantum non videntur laborare,
 cum toto die suis officinis inclusi deliteant:
 laborant autem, quia suo officio eadem cum
 industria dediti sunt, quæ id ferialis diebus fa-
 cere consueverunt: videntur hi sibi imaginari,
 quod Deo illudere & imponere possint, quasi is
 eos laborare vel non videat vel ignoret. O quan-
 ta stultitia! Quod si verò Deum id videre aut
 scire credant, at tamen officinæ fores claudunt,
 ne videantur à mundo: per hoc clarè significant,
 se homines magis quam Deum formidare, ma-
 jorique cura poenam temporalem, quam pecca-
 tum mortale declinare aut cavere.

*Dio Cart.
 lib. art. 19.
 fol. 290.
 l. D.
 Tolet ibi.
 in comm.
 fol. 606.
 Tolet ibi.
 ad not. 10.
 l. D.*

Exod. 16,

Handwritten notes in the right margin, including the word "dies" and some numbers.

21. Scitis utique quantum odium Hebraei aduersus Christum excitarint, & quor ad conciliandam Christo mortem infidias & falsas calumnias contra ipsum machinati fuerint. Etenim S. Mattheus refert, quod postquam eum in suam redegerant potestatem, captivum coram Pilato adduxerint, ut crucifigendum licentibus committeret: *Et vinculum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato praesidi.* Verum quaerat hic aliquis meritò, cur qui adeò auide sanguinem eius stuebant, eum non propriis trucidarent manibus, ut furori suo satisfacerent. Respondet Chrysostomus: *Erant dies azymorum, id est, Erant dies festivi, quos contaminare non audebant, sed hoc ipsum Pilato, qui gentilis erat commiserunt: Vide ergo quanta religione dies festos agerent Iudaei, & non sunt ausi religionem dierum festorum violare, inquit Chrysostomus. Porro Iudaei actum iustitiae se exercere & consequenter Deo gratiam facere arbitrabantur inferendo Christo mortem, & tamen ab eodem actu abstinuerunt propter deferendum diei festivo debitum respectum; Et nos Christiani, quot illis diebus scelera committimus in iustibus, tabernis, prostibulis? & actiones Christiano homine indignissimas? ô Christianos Hebraeis hac in parte longè deteriores!*

Matth. 27.

Chrysost. hom. 86. in cap. 27. Matth.

22. Verum enim verò quia perfidia maiorem in peruersorum Iudaeorum pectoribus vim obtinuit, quam festi solemnitas sive religio, ideò eum tandem nihilominus crucifixerunt. Sed audite fodes quid inde subsequutum fuerit: *Tenebrae factae sunt super universam terram, & obscuratus est Sol.* Rupertus Abbas Tuitiensis dicit, Deum per hanc tenebrarum obscuritatem aperte demonstrare voluisse, quantum sibi displiceat, quod gens illa Iudaeorum illis solemnibus & festivis diebus actionibus illis servilibus scilicet fabricationi, & erectioni seu plantationi Crucis, suiique filii manuum pedumque in crucem affixioni operam daret. *Cum Crucifixisset eum, iste diurnus seu quotidianus sol obscuratus est, & tenebrae super terram factae sunt, tantum scelus in festivitate sua commiserunt, quae dicitur Pascha, id est, Pascha.*

Luc. 23.

23. Jam praetererat Sabbathum, dies nimirum apud Hebraeos valde festivus, quando Mariae pudentem abire coeperunt, ut unguenta ad corpus Magistri sui inungendum sibi compararent: *Cum transisset Sabbathum, Maria Magdalena, Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum.* Ergone possibile est, quod picuissimae haec foeminae Magistrum suum

Marc. 16.

24. Olim in diebus festivis tanta apud Hebraeos sanctitas usitata erat, ut Damones il-

tam ardeenter amaverint, & tamen adeò negligentes simul extiterint, ut donec clapsum esset Sabbathum, unguenta sibi comparare distulerint? Mirum itaque mihi iam non est, quod postquam in venierint, arte laete Angelo: *Surrexerunt enim illae, Cur igitur mulieres illae adeò in hoc bono ac pio opere tardarunt? Si etenim Christum venire amabant, utique in accelerandis huius pietatis obsequiis magis debebant esse sollicitae, quam quoad SS. hanc Christi personam. Amor festinus est, & morarum impatientissimus. Enimvero, Auditores, mora hac non fuit defectus in affectu ergo Dominum, sed potius accidit ex oblatione Sabbathi diei festivi, donec enim hoc transisset, unguenta sibi coemere noluerunt. Estque haec opinio Laurentii Justiniani dicens: Quamvis illis licuit operari aromata paraverunt, paraverunt vero secundum legem Sabbatho solum. Ita enim autem ut Sabbathi praeterit dies, & illi mane pro se diei crepusculo sumptis secum aromatum gratiam concito, corde ignito atque desiderio missis, ad locum ubi illum reconditum noverant, ardentissimè perrexerunt. Etenim duo hic consideranda sunt, intentio nimirum & actio; Haec fuit contemptio unguentorum, nihil in se momenti continens; Intentio autem erat illa non alio fine comparare, nisi ut sacrosanctum Domini corpus inungere possent, quod merum est opus pietatis, & tamen quia Sabbathum erat, ab eodem omnino abstinuerunt. Enimvero non adeò scrupulosi minimè sumus, ut tantas subtilitates multum attendamus, nam in die festivo à nobis emittitur & venditur, instituitur mercatus & munditia. Qui debebamus sepulchrum Domini, id est, Ecclesiam frequentare, forum adimus, non adimus Oratoria, sed cenopolia & tabernae, non sumus intenti ad Deum laudandum, sed blasphemandum & graviter offendendum, non quaerimus Confessarios, sed collatores, non commemorationem factam, sed crapulam sectamur, non erogamus eleemosynas, sed facimus usuras. Mirabiliter hic instruitur (inquit Ludolphus de Saxonia) quod specialiter in diebus festivis, quilibet Christianus debet ire ad locum, quem legit Dominus, & ad Ecclesiam, non ad theatrum vel tabernam, debet vacare divinis laudibus, non choreis & vanitatibus, debet intendere bonis operibus non comestantibus & ebrietatibus, insistere Eleemosynis, non usuris.*

24. Olim in diebus festivis tanta apud Hebraeos sanctitas usitata erat, ut Damones il-

lum sustinere non valentes, cogèrentur fugere ad infernum, non valentes us diebus immorari in corporibus obsecrorum hominum: ponere vero cum scelera ubique illis diebus insidiant, nullam habeat ad possidendum corpora hominum tempus magis opportunum quam dies festos. De muliere quadam testatur Gregorius Turonensis, quod dum panem inde festo pinferet & coquetet. *Manum proinde festo igne fuisse succensam.* Joannes Castellæ Rex in die quadam Dominica obsequens, *Ab equo cassante dejectus, & obrutus ardebat:* Cui Cornelius à lapide id factum esse fabrigit, *ut discamus diem festum dare Deo, non venationibus aut vanis ludis.* In vita sancti Astregisili Archiepiscopi Bituricensis legitur, quod certus quidam molitor, cui nomen erat Mauphus: *Cum die Dominica molendinum manserit instrumenti eius in anis, ut alio ferri, ut nullus id inde posse amovere.* Nullus quoque quod miser ille qui in Sabbatho parvula ligna colligebat, ob hanc Sabbathi violationem fuerit lapidatus. Scio equidem Pythagoram præcipere: *In via ne feces ligna,* hic autem ligna non secabat, sed colligebat; & tantum tam diu occidebatur. Circa quod Origenes dicit: *Qua veneratione colendi sint festi hi, hic edocemur, & qua pœna digni sint, qui violant.*

Item Deus tempus septimanæ in septem dies distribuit, atque ex his sex in obsequium operis, unicum vero tantum in animæ salutem destinavit. *Deus dixit totum tempus septem diebus, de quibus dedit nobis sex ad laborandum, & unum sibi se-*

ptimum diem, ut pro anima laboremus, & adhuc non vult totum, nam in die sunt 24. hora, da solum unam Deo audiendo Missam, alius horas poteris dare ad placita corporis licita & honesta; inquit Sanctus Vincentius Ferrerius. Porro nos sæpe lamentamur de auræ iniquitate, de sterilitate terræ non fructificantis, aut de possessionibus nostras devastante grandine, & pestis & vindemiarum tenuitate; eredas equidem Sancto Vincentio dicenti, quod *Ex fraude festivitatum veniunt siccitates, tempestates &c.* Tandem præfati discursui cum Sancto Bernardino de Senis finem imponere constitui, *contra in* qui dicit: *Mira multorum insania per totam septimanam laborare pro misero corpore, & dum animam diem festum præstolatur, pro alio quo sibi lucro comparando, in eo plus quam aliis diebus pro ejus damnatione laboratur: In die festo laborare pro damnatione infelicis anime.* Demum vero idem Sanctus concludit dicendo: *Quantum stulticia eorum qui omnes dies prophanos operibus licitis & honestis dedicant, & solemnitates in continuis Dei offensis consumunt. Stupenda vesania per totam hebdomadam laborare in operibus licitis, & diem Dominicam polluere & violare ludis, voluptatibus, ebrietatibus, & choreis.* Verum Amos Prophetam auscultate dicentem: *Convertite servitutes vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum.*

Idem ibid.

Bern. Sen.

Dom. 1.

Quadr.

ars. 2. c. 1.

serm. 10.

li. H.

Aug. 8.

Handwritten notes on the right page, including the word "dicab" and the number "26".

